

**21** **Q**uestio III. Utrum sponsalia impuberum ita firmantur iuramento, ut neutri liceat pubertatem adepti, resiliere. Duplex est sententia. I. ait non firmari, & ita resiliere posse. Prob. quia cap. Pueri, & cap. Parvuli, 2. q. 5. impuberes prohibentur jurare. 2. quia iuramentum additum contractui fortitur eadem contractus conditiones, l. fin. c. de non n. pecun. sponsalia autem impuberum iure habent tacitam conditionem, nisi facti puberes resiliere: & ad c. Ex litteris, el 2. de spons. cui opposita sententia innuitur, respondet haec, illos impuberes non reclamasse post pubertatem, & ita merito cogi. Sic tenent quidam antiquiores, teste Jo. And. cod. c. Ex litteris, n. 3. idem docent Anic. de illis, el 1. de spons. impuber. n. 5. & ibi Covar. n. 2. Henr. c. 2. de despons. Pol. ad. 27. q. 1. art. 3. cas. 10. n. 28. & non caret probabilitate.

**22** **S**ent. multo probabilior, ait firmari iuramento, nec licitum esse resiliere. Prob. ex cap. Ex litteris, el 2. de spons. ubi expresse dicitur impuberes jurantes sponsalia, cogendos esse ea perficere, & abique fundamento, ad libitumque videtur dictum eos non reclamasse post pubertatem. Praeterea, quia quamvis de aliis impuberum contractibus non consistit inter DD. firmantur iuramento, necne: ita tamen provenit, quia de iudicio iuramento invidiis erant. Cum ergo sponsalia impuberum seclis iuramento valida sint, licet dissolubilia, dicendum est iuramentum adiectum ea confirmare, indissolubilia reddere. Sic tenent Gl. a. c. de illis, verb. iudicio, ibi Jo. And. q. 4. Anch. n. 4. Abb. n. 6. Prepos. n. 1. Alex. de Nevo, num. 13. idem Gloss. d. c. Ex litteris, verb. sub iuramento, ubi Hof. super v. Jurare, Jo. And. n. 3. Ant. n. 10. Anchar. n. 3. Abb. nu. 6. Alex. de Nevo n. 15. Prepos. n. 4. fin. Covar. q. decret. 1. p. c. 5. l. n. 3. de p. bis, 2. p. 5. l. n. 3. Et ex Theologis Enriq. l. 11. de matr. c. 14. n. 7. Vivald. Candel. de despons. l. c. 5. n. 46. Lud. Lop. 2. p. 2. instr. de matr. c. 38. f. 1050.

**23** **H**oc tamen iuramentum, ut firmet sponsalia, praestandum est ab impuberibus doli capaces: ut fatentur omnes DD. num. praeced. allegati: quod autem dicantur doli capaces ad hunc effectum, non consistit inter eos: aliquem dicunt esse tales post septennium: sic Abb. d. c. De illis, nu. 6. & videtur clare sentire Alex. de Nevo, d. c. Ex litteris, nu. 16. ubi quae reus quando dicitur puer doli capax ad hunc effectum, responderi sic: Dic ut habetur cap. 1. de doliis puerozum: in quo textu aperte vocatur doli capax, qui rationis usus gaudet, nempe post septennium, & docet ibi Gloss. v. Grandiusculi. Hof. ubi initio, Anchar. n. 3. Abb. n. 4. & manifeste patet, quia textus ille dicitur, pueros omnium peccatorum capaces esse decepta carnali copula: quod manifestum est verificari, cum primum rationis usum habent: idem videtur tenere. Hof. d. c. Ex litteris, v. Jurare, remittit enim iudicium pueri fidei doli capax, ad c. 1. de doliis puerozum, ubi initio dicitur esse doli capax post septennium.

**24** **S**ed dicendum est cum Covar. utroque loco, Vivald. & Lud. Lop. n. praec. allegatis, quoad hunc effectum doli capaces, quando ita proximi pubertati sunt, ut intellectum ac discretionem habeant, ad firma omnino & irrevocabilia reddenda sponsalia, non tamen amplius explicat, quando dicantur pubertati proximi: at generaliter ad contractus doli capax esse quando matulus excedit decimum, & dimidium annum, femina vero nonum & dimidium. Sic Gloss. s. Pupillus, v. Infantia, instr. de iur. sigul. & Gloss. fin. lib. 1. c. ubi Barr. in 6. ff. de Novat. Nov. lib. 4. cons. in 1. edit. tit. de despons. cons. 39. nu. 11. Caldas l. Si euratorum, s. Minoribus, num. 7. c. 8. c. de integr. restit. & multi quos refert Duennas reg. 259. l. m. 3. & id de maliciose dicitur l. 6. r. 5. p. 6. c. 14. l. fin. ead. emp. c. 18. tit. 31. p. 7. c. 19. l. 1. c. ad p. ubi Greg. Lop. v. Major. dicit has leges non constituitur differentiam inter mares, & feminas, unde vel dicendum esset eodem modo taxare in utroque, vel feminas dispositionis iuris communis relinquere: & tandem hoc credo potius arbitrio iudicis relinquendum esse, ut cum multis docet ibi Duennas, & Covar. q. decret. 2. p. c. 5. nu. 5. c. Clem. Si furiosus, 3. part. tit. n. 5. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu 57. num. 43. Cur. aut. Sacramenta puberum, num. 4. c. si ad ver. vend. quod iudicis arbitrium circa pueros, & feminas non excedens distam etatem, ut iudicet proximis esse pubertati maximis conjecturis, ut cautissime, & raro duci debet, post eam vero etatem non tam vehementes conjecturas desiderantur, Cov. q. decret. 2. p. c. 5. Duennas reg. 259. limit. 3. ad fin. Menoch. dicit. cas. 57. num. 52.

**25** **U**bi autem puer non esset ita doli capax, ut ejus iuramentum confirmaret sponsalia, indiget relaxatione iuramenti: cum enim usum rationis habeat, obligari Deopotuit, ea tamen facile concedenda est ab Episcopo, ob etatis imbecillitatem: sic in alio simili docent Covar. q. decret. 1. p. c. 5. l. n. 4. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 29. f. 485. Grat. r. 3. l. 1. n. 4. dicunt enim ceteros impuberum contractus non firmari iuramento, ejus tamen relaxationem desiderari; & facile concedendum esse.

**26** **A**d 1. arg. ex propositis n. 21. resp. illos textus loqui de impuberibus quoad testimonium ferendum, non enim cogendi sunt jurare: ad ea explicant fere omnes DD. juris Pontificii n. 22. allegati. Ad 2. nego minorem, quando jus aliter disponit, ad idem jus canonicum disponens, c. De illis de despons. impuber. inesse tacitam conditionem sponsalibus impuberum, nisi post pubertatem resiliant: disponit cap. ex litteris, el de spons. desicere, quando iuramento firmata sint.

DISPUTATIO LII.

Utrum sponsalia mutuo contrahentium consensu dissolvi possint?

SUMMARIUM.

In quo consistat difficultas, & 1. opinio, non licere, n. 1. Vera sententia, licere: & explicatur c. 2. de sponsal. n. 2. Quam libertatem requirit ille consensus, & quando non excuset n. 3. & quid, quando alter tantum resilit 4. An resiliere dicatur ex eo, quod differat, vel veniat implere sponsalia, n. 5. & ubi frangenti fidem fides servanda non est. Quid si iuramento in favorem partis firmata sint, 6. Quid si iuramentum sit in solius Dei honorem. 1. opinio, non excusare, n. 7. 2. Verior, excusare n. 8. & solvantur argumenta, n. 9. & ubi, quid si uterque iuramento promittat.

**D**iff. hujus difficultatis consistit circa intelligentiam cap. 2. de spons. ubi, quia de contrahendo matr. sibi fides dederunt, commoneant sunt, & modis omnibus inducendi, ut fidem observent: si autem fecerit admittere noluerint, ne dederint inde contingat, potest in patientia tolerari ubi textus aperte videtur negare licitum esse, mutuo consensu sponsalia dissolvi, & solum permitti timore peioris exitus, & ita sentit Hugo, quem refert & sequitur ibi Gloss. v. Tolerari, Jo. And. c. De illis, nu. 1. fin. de spons. Lancel. inf. juris can. lib. 2. tit. de spons. v. Tolerari. Nihilominus dicendum est, sponsalia puberum dissolvi posse mutuo ipsorum consensu: licet puberum, nam si uterque, vel alter impubes sit, non sufficit dissensus, donec ad pubertatem accedat ut dixi disp. praec. n. 7. Prob. quia c. 2. de spons. addevit societatis similitudinem, quae cum mero iure, & licite mutuo consensu dissolvatur, incongruum esset si ex sola permissione procederet. Unde textus ille sic intelligendus est, iuxta fere omnes DD. allegandos: quia vulgi opinio avertenda videtur hi vinculum fidei praestitit offendere, monendi sunt contrahere, ut a mali appetitu desistant, quamvis malum non sit, & si nolint, tolerat Ecclesia, non solum permittens, sed approbans. Item quia omnia res per quacumque causas nascitur, per eadem dissolvitur c. 1. de regul. iur. ergo cum sponsalia ex mutuo consensu confurgant, eodem dissolvuntur. Sic tenent ex Theologis D. Thom. 4. d. 27. q. 2. n. 3. ad 5. D. Anton. p. 3. tit. 1. cap. 18. f. 1. cas. 5. & multi alii num. 6. allegandi, idem dicentes, quando intervenit iuramentum. Et ex jurisperitis Goffr. sum. tit. de spons. n. 9. Hof. cap. 2. de spons. fin. Innoc. c. Sicut, eod. tit. n. unic. Henr. c. De illis, eod. tit. nu. 5. Felin. dia. c. 2. n. 16. c. 1. de jurejur. n. 2. Brunel. de spons. concl. 9. n. 2. Mart. de Garantit inter cons. matr. Zaleri, cons. 15. nu. 9. Lex. l. 1. p. 4. Greg. Lopez, eod. tit. lib. 7. v. Excusation, & multi alii eodem nu. 6. referendi.

**T**ria tamen sunt maxime observanda. I. est, fidei remissionem alterius, & maxime feminae, non esse liberam, sed quia alter sponsus ulque adeo invite, & contra voluntatem, tantoque supercilio ostendit se velle perficere sponsalia, ut alter desperans se posse consequi, repugnans, & reluctans morem gerat (quod vulgo dicimus, a mas no poder) saepe etiam timore mali exitus, quia videt alterum notabiliter reluctari, minasque & terrores incutere: saepe etiam importunis precibus invite extorqueretur remissio: quae omnia quoties involuntarii misti causa sunt, minime exculant remissionem obtenta: sicut nec in aliorum debitorum remissionem. Quando autem haec omnia involuntarium habeant, itaut in foro conscientiae non exculent, dicam l. 4. disp. n. 9. n. 17. & disp. 10. n. 4. scilicet autem esset, quando alter libens assentitur, obicit tamen difficultates ad inveniendam matr. & incommoda, quae inde emergant, ut parentum repugnantiam, paupertatem, & cetera: tunc enim remissio excusaret. Et quamvis sponsus fidei eam voluntatem ostenderet, quia nimirum propositum habet nullo modo assentiendi, si tamen exterius separatim ostendat, si altera remittere nolit, tutum cum reddet remissio: quia libera fuit, & malum propositum animo retentum, peccatum quia in ordine ad Deum, injuriam autem nullam intulit: licet aliorum debitorum remissio ita obtenta, valida est, ut dicemus eadem disp. 9. num. 17.

**I**l. Observandum est, quando alter tantum a sponsalibus resilit quamvis ab obligatione immunis non sit, alter tamen immunis manet: eo quod prior sponsalibus renunciat: Sic Sarm. 1. s. l. c. 5. n. 4. Enriq. lib. 11. de matr. c. 14. n. 6.

**I**ll. Observandum est, quando dicitur altera sponsalibus resiliere, ut alter liber maneat: id enim tunc evenit, quando apparet alterum requisitum, ut contrahat, nolle eo tempore, nec alio contrahere: alioquin licet ille provocatus dicat se nolle eo tempore contrahere, non sequitur cum dissentire. Quia forsitan illud tempus non videtur sibi conveniens ad contrahendum. Sic Covar. q. decret. 1. p. c. 5. l. n. 4. Lud. Lop. 2. part. instr. de matr. c. 39. fol. 1047. Sed hoc ita accipiendum est, quando nullus terminus sponsalibus contrahendis definitus est: si enim is definitus sit causa hujusmodi obligationis, manebit alter liber, scilicet si causa illius locutanda: ut dicemus disp. seq. nu. 5. & duplici seq. sic Ant. Cucus l. 5. instr. major. l. 10. n. 70. Unde Alex. de Nevo, c. Sicut, de spons. n. 17. dicit quando terminus praefixus non est, quantumcumque tempus lapsum sit, licet alter contrahat, alterum liberum non manere: quia potest petere coram iudice contradicentem compelli. Sed durum hoc mihi videtur, non enim tenetur alter licet movere, & maxime si femina sit: & ideo dicendum est, quoties nullus praefixus est terminus, si alter requiritur et renuat tanto tempore, ut sit in mota, peccatque lethaletur contra fidem sponsalium praestitam, iuxta dicta supra disp. 28. nu. 2. alterum liberum manere, quia frangenti fidem, fides servanda non est, l. Cum, proposita, 21. c. de p. bis, l. 5. c. corromp. ff. pro socio, c. de spons. l. 28. q. 2.

**M**ajor autem difficultas est, quando sponsalia iuramento firmata sunt, utrum consensu mutuo dissolvi possint? Et quidem si iuramentum illud in partem favore praestitum sit, conveniunt fere omnes facti esse mutuum consensum. Quia iuramentum dicitur in Deum, tanquam in telem promissionis homini facta, quare remittente homine, remittit etiam ipse Deus. sic D. Th. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2. Durand. 4. d. 27. q. 3. ar. 3. ubi Palud. q. 1. ar. cas. 2. n. 18. D. Ant. p. 1. 10. c. 6. 5. 4. Driedo. l. 2. d. libert. Chrisl. c. 1. Prep. 3. Abal. c. 5. Mar. q. 319. Su. 18. de just. q. 1. a. 9. ad 2. Cel. 4. d. 27. q. 3. Ferrac. 1. p. Spec. art. 21. ad fin. concl. 1. 2. Bar. a Led. Aud. 10. de matr. f. 1238. Philiar. de offic. facer. l. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Eirrig. l. 1. de matr. c. 14. n. 6. Vivald. Candel. 1. par. de spons. c. 5. n. 31. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1048. col. 2. Petr. de Led. de matr. q. 43. d. 3. f. 120. v. 4. caus. Manuel. 1. 1. Junia. 2. edit. c. 245. n. 10. & ex jurisperitis Spec. tit. de legat. 3. Nunc ostendendum, v. Hoc quocumque, sub oner. 24. Old. cons. 241. Hof. c. Quintavallii de jurejur. fin. Ant. c. 2. de spons. 9. ubi Card. n. 4. Abb. n. 3. Alex. de Nevo, n. 16. Henr. n. 8. Fel. n. 16. 19. 33. Rosel. v. Sponsalia, n. 8. ubi Ang. c. Sicut, n. 2. Sicut, n. 3. Sicut, n. 4. Arm. q. 12. l. de no. dog. Jur. n. 6. n. 2. Sicut, n. 6. q. 8. 19. 9. Tab. v. Jurare q. 20. Arm. v. Juram. n. 21. Brunel. de spons. concl. 9. n. 1. Cov. de p. bis, l. 1. p. 5. n. 1. c. 4. decr. 1. p. c. 5. init. n. 1. Alex. Car. l. 1. de spons. c. 15. Ant. Cucus l. 5. instr. major. l. 10. n. 60. Pet. Greg. synag. iuris p. 1. 18. c. 2. n. 8. Manuel. 3. recip. l. 1. rub. gl. 1. nu. 45. Menoch. de arbit. l. 2. cent. 2. cap. 103. n. 2. Lancel. instr. iur. can. l. 1. tit. de spons. v. Libere Matr. de prob. concl. 1035. num. 17. Mart. de Garantit inter cons. matr. Zaleri, cons. 15. n. 11.

**Q**uando autem iuramentum esse principalem in honorem Dei praestitum, ut si intuitu pietatis quomvis jure femine pauperi, se extra dacturam, at tota res prorsus cedit in favorem partis, non conveniunt DD. an mutuo consensu possint sponsalia dissolvi: duplex enim est sententia. Prima negat. Prob. 1. ex doctrina D. Th. 2. 2. q. 89. ad 2. ubi ait, eum, qui aliquid promittit intuitu pietatis, non potest remittere. 2. Quia iuramentum factum Deo intuitu pietatis non potest remitti, ut tradunt omnes: in voto autem nihil potest persona trivata, cum fidei Deo jus acquiratur, 3. quia id iuramentum Deo praestatur, cuius juri alter renunciare nequit. Ita docet videtur Jo. And. cum Vm. cap. 2. de spons. n. 7. Henr. Anch. ibid. n. 5. & expresse docent Ant. ibid. num. 9. ubi Abb. in fin. Alex. de Nevo num. 28. Card. c. 2. d. 2. de spons. n. 7. ubi impub. nu. 2. Rosel. v. Sponsalia, n. 8. ubi Angel. n. 20. Sicut, n. 10. c. 1. Alex. Carriar. l. 1. de spons. c. 15. Et ex Theologis St. 1. 8. de just. q. 1. art. c. 2. Et est probabilis. Ne tamen intelligas, velle hanc sententiam, ut si jurans tenetur puellam nolentem ducere, & ego enim absurdum esset, eum matrimonium ex mutuo consensu consistere: sed mens ejus est, per remissionem promissionis alterius non manere liberum iuramentum, si adhaec remissionem velit matrimonium.

**S**ent. multo probabilior, ait mutuo consensu dissolvi posse, quia quamvis iuramentum Deo praestitum sit, ipse Deus recipit illud in partem utilitatem, ergo pars, cui debetur, remittere potest, licet alia debita condonare. 2. quia ideo potest pariter aliqua filiorum vota irritare, ut omnia impuberum, & realia puberum minorum, & praeterea in votis subditi dispensare, quia potest tollere materiam, quae subditi votum cessat, sed similiter pars condonare potest sponsonem, in sui favorem factam, ergo consequenter iuramentum. Hanc videtur tenere Card. c. 2. de spons. n. 4. & docent Brunel. despons. concl. 9. n. 2. Anton. Cucus l. 5. instr. major. l. 10. n. 6. Novar. Beria Vivald. Philiar. Lud. Lop. alleg. n. 6. & favent reliqui DD. ibi allegati, qui dempsit paucos, quos nu. 7. retuli, absolute docent sponsalia jurata, partim remissione dissolvi. Addit Ant. Cucus forte teneri hunc, aliam pauperem ducere, quia promissio quo continet, scilicet pauperem ducere, & hanc, ergo si jurans nequeat utrumque implere, tenetur alterum, l. Cel. sus, s. 1. ff. de recipi. arbit. Sed oppositum dicendum est: quia huic pauperi praesentis promissio.

**A**d argum. proposita nu. 6. respondetur. Ad 1. expresse loqui D. Th. ut constat ex ejus exemplis, quando non reddunt, & cedit tota res promissa in utilitatem hominis, cui juratum est, ut si sibi jurat alicui de ingressurum religionem. Ad 2. quod quando tota res per votum promissa, cedit in alicujus utilitatem, ut si promittat Deo me daturum elemosinam Petro pauperi, potest similiter remittere. Ad 3. quod licet Deo acquiratur jus, & huic directe non possit renunciare si, cui sit promissio, ut potest indirecte, & consecutive, eo enim ipso, quod cedit iure suo, ut potest, consequenter cessat jus Dei, quod est annexum ipsi hominis illius. Et similiter credo posse mutuo consensu dissolvi, licet uterque jurat matrimonium intuitu pietatis: potest enim alteruter cedere iure suo acquisito ex promissione, & iuramento alterius, & consequenter cessat jus Deo acquisitum.

DISPUTATIO LIII.

Utrum dum terminus sponsalibus contrahendis praefixus est, eo transacto maneat liber is, per quem non fletit?

SUMMARIUM.

In quo consistat difficultas, & proponuntur duo textus, qui sibi adversari videntur, num. 1. Potest assignari terminus ad finendam, vel tantum ad sollicitandam obligationem; & quando inter utrumque modum distet. 2. Quando terminus adjuvatur ad finendam, & quando ad sollicitandam obligationem, 3. 1. Opinio, lapsu termini dissolvi sponsalia, 4. Secunda distinguens, 5. Quid, quando lapsus est terminus culpa utriusque vel alterius tantum, 6. Quid, si alter sine legitime impeditur, n. 7. & quid si uterque, n. 8. & eodem n. 7. legitime impedito non currit tempus. Quid, si terminus praefigatur a iudice, & quando id iudex facere possit, 9. Solvantur argumenta, & explicatur cap. Sicut de spons. c. 1. Cetus, s. 1. ff. de recipi. arbit. nu. 10. & ubi, specialiter assignati incumbit probatio.

**T**ota difficultas consistit in duplici textu, qui sibi ad se adversari videntur, concordia: alter est, c. Sicut de spons. ubi, nisi in iuramento suo certum terminum praefixit, intra autem illam duceret in uxorem, & per eum non fletit, nisi ad statutum terminum matrimonium consummarit, ex quo constat, liberum esse a sponsalibus fide esse, abique culpa sponsalia praefixo termino impleta non sunt. Alter vero est, l. Cel. 27. s. 1. ff. de recipi. arbit. ubi, sed ipse recte putat duo esse arbitri praecipua; unum, pecuniam dari; aliud, intra Kalendas dari, ex quo patet in obligatione solvendi certo termino & duplicem conditionem, unam, solvendi; alteram, eo termino; ergo non impleta hac posteriori obligatione in sponsalibus, supererit prior.

**A**d horum textuum concordiam, praemittendum est, dupliciter posse terminum obligationi adijci, 1. ad retinendam, seu finendam illam, & tunc lapsu termino, cessat ex parte ejus, per quem non fletit, l. si fidei 29. s. si ff. mandati, vel contra, ubi, si fidei, si solus tempore liberatus, ubi gl. v. Fidei, inquit hic, quia hujusmodi, ut ad tempus renetur: & l. Obligatio num. 1. a. paulo post princ. ubi, ad diem autem usque ad Kalendas dare spondet, ubi gl. v. Dare, ait, ut postea non tenearis, ff. de arb. s. ubi. Et ratio est, quia omnes contractus ex consensu contrahentium vim obligandi accipiunt: contra, ceteras, de jure jur. in 6. c. l. 2. ff. de arb. s. ubi. Ergo si contrahentium voluntas fuit terminum interponere, ad finendam obligationem, eo transacto, extinguetur ex parte ejus, qui culpa exersit fuit.

**2.** modo potest adijci terminus, ad sollicitandam obligationis effectum, id est, ad constituendum tempus, ut deinceps debitor in mora constituitur non solvendo, & tunc lapsu termini non extinguit obligationem. Ratio est, quia ubi sunt quasi duo contractus, unus, sciendum, alter, certo termino, ut constat ex l. Cel. s. 1. de rec. arb. c. cum certum, de dolo, c. contum, ubi, cum mandatur aliquid, ut ad certum terminum praesentem ergo licet contrahens deficiat in contractu termini, manebit altero facienti astrictus. Deinde, quia terminus adijcitur tunc, ut debitor citius impleat, ergo non debet contrarium liberationem operari: sic docent Ant. c. Sicut, de spons. n. 10. Abb. n. 11. Alex. de Nevo, n. 18. Prep. n. 7. Ang. v. Obligatio, nu. 7. ubi Sicut, q. 11. Tab. q. 2. n. 4. Arm. n. 4. Brunel. de spons. concl. 8. n. 4. Cov. ad dec. 1. p. c. 5. ibid. n. 8. Ant. Cucus l. 5. instr. major. l. 10. n. 67. & Jo. Lancel. instr. iuris can. lib. 2. tit. de sponsal. v. Terminum. Rogabit tamen, quando cessatur terminus adiectus ad finendam obligationem, & quando ad sollicitandam, ubi de contrahentium animo minime constat? Accipe duplicem regulam. Prior est, si terminus ab uno tantum contrahentium delinatur, ut alter intra illum impleat, censetur delincentem tantum ad sollicitandam, ut si promittat tibi fore, ut vendam rem meam intra mensem, te non astricto ad emendum: sic Ant. Abb. Alex. de Nevo Prep. n. praec. alleg. Posterior regula fit, quando terminus ab utroque contrahente imponitur, respectu alicujus per utrumque implendi, si initio contractus adijcitur, id est antequam contractus sit perfecte in usus, & obligatio contracta, censetur adiectus causa restringenda obligationis, ut eo transacto, non dicitur quia cum nullus sit contractus, nulla obligatio orta, ille terminus est inane, & quasi pars obligationis, ejusque conditio, & subinde eo transacto, deficit, conditionis defectu: quando autem adijcitur obligationi iam perfecta, & contractus consummatus, censetur adiectus causa sollicitandam, nec ipsius lapsu obligatio extinguitur. Quia cum prior contractus iam sit perfecte in usus, & orta sit absoluta obligatio, adiectio termini extrinseca est, & novi contractus initium: ergo eo termino transacto, non cessat prior obligatio absoluta, & posterior independens. Sic Anton. Abb. Alex. de Nevo, n. 18. & duplici seq. Prepos. Angl. Sicut, Tab. Brunel. Cov. Ant. Cucus n. 68. & seq. quos p. praec. allegavi, iml. cap. Cum dilecti, de dolo c. contum. n. 14. Limitationes hujus regulae subijciam una cum sponsalibus, num. 6. & seq.

**H**oc praemissio, circa questionem propositam, duplex est 4. sententia. I. ait, lapsu termini sponsalibus adiecti, semper ea dissolvi, ex parte ejus per quem non fletit. Prob. quia cap. Sicut de spons. indistincte id dicitur. Deinde, quia cum sponsalia sint intuitu matr. iis perfecte in usus non dicitur contractus consummatus, unde licet ex intervallo adijcatur terminus, censetur con-







ditionem, nisi alter peccet in torum; frangenti enim fidem, fides servanda non est: & quia ob hoc fit fornicans suspectus de fide in futurum servanda.

2 Utrum vero id sit, quando fornicatio praecessit sponsalia? in fra disto 63. erit sermo, & de aliis causis praecedentibus ignoratis.

3 II. Conclusio idem dicendum est de fornicatione spirituali, ut si alter sponsus in haerens labatur: est enim notabilissima mutatio. Haec concl. ab omnibus admittitur.

4 III. Conclusio non est constitutiva differentia, si femina post sponsalia fornicetur: nam similiter sponsalia dissolvuntur, quia similiter vir fornicans frangit fidem, & suspectus alteri redditur de fide in futurum servanda. Item quia quoad hoc non judicatur vir, & femina ad imparia, c. Apollus, 32. q. 6. Sic Abb. c. Quomodo dicitur, de iurjur. nu. 4. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. col. 1. n. 17. Brunel. de spons. concl. 8. n. 4. Menoch. de arbitrariis, lib. 2. c. 5. col. 455. n. 5. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. in. n. 2. Enriq. l. 11. c. 5. col. 455. n. 5. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. in. n. 2. Enriq. l. 11. c. 5. col. 455. n. 5. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. in. n. 2. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1039. & ceteri Doctores indistincte loquuntur, nec aliquem reperi de hoc dubitantem.

5 IV. Concl. potest vir a sponsalibus recedere, si post femina actus impudicus alterius, ut amplexus, & oscula patiatur, quia est notabilis mutatio, idque in magnum viri dedecus cedit. Item quia huiusmodi femina dicitur impudice vivere, legatimque sibi relicta esse, ut casus, & honeste vivat, amittitur: ut cum Bald. probat Covar. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. Tandem, quia oculorum amissio est iusta dissolvendi causa: ut habetur c. Quomodo dicitur, de iurjur. nec conjuges sibi duplicent, & matr. malum exitum habent, quae in hoc eventu magis time-ri possunt. Credo tamen non permitti sponsae dissolvere sponsalia, ob huiusmodi tactus sponsi cum alia, quia id sponsae non est dedecus, nec est mutatio aliquis momenti: & solum pares sunt ratione matris fornicationis, ad dissolvendum sponsalia.

6 V. Concl. haec sponsalia dissolvi non debent immunitatem praestare fornicanti, & abolitionem a contractu, c. 2. de transit. prelat. Praeterea, quia quod favore alicujus introductum est, non debet in eius damnum retorqueri, l. Quod favore, C. de legibus, & l. Nulla ff. cod. tit. de D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 18. §. 6. c. 6. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. col. 1. n. 17. Enriq. l. 11. c. 5. col. 455. n. 5. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. in. n. 2. Sargient. l. 1. de spons. c. 15. Cucus, l. 5. instr. major. 1. 10. n. 62. Alex. Carriv. l. 1. de spons. c. 15. Bart. a Led. de matr. dub. 13. casu 7. Lud. Lop. 2. instr. de matrin. Vivat. candell. l. p. de spons. c. 5. n. 34. Lud. Lop. 2. instr. de matrin. c. 38. f. 1039. Philhar. de offic. sacerdot. 10. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Manuel l. 1. sum. 2. edic. c. 245. n. 6. Pet. de Led. de matr. q. 43. ar. 3. col. 6.

7 Tria tamen specialiter in dubium vertuntur in hac disp. I. est, ut quid dicendum, si sponsa vi praecita cognita sit? quidam enim negant praebere iustam causam dissolvendi sponsalia, quia sponsa culpa vacavit, nec similis copula jura dat separandi matr. quoad totum, ut omnes fatentur, quibus rationibus innitur textus c. Quomodo dicitur, de iurjur. dum dicitur sponsalia ob alterius fornicationem dirimi posse. Ita docent Tabien. v. Sponsalia, q. 9. n. 10. col. 6. Arnil. ibi, n. 12. idem limitantes si sponsus ad ordinibus promovet antea, docent Raynerius, & Hugo, quos refert, & sequitur Rosellus. Sponsalia, n. 9. Sed dicendum est esse causam sufficientem dissolvendi, ut colligitur ex c. Raptor. 27. q. 2. & tenet ibi Glos. v. Noluerit, & c. Si quippe, ead. q. v. Queritur, & c. Quomodo dicitur, v. Oculor, ubi Host. super v. Juram. Jo. Andr. n. 15. Ant. nu. 13. Abb. n. 12. Alex. de Nevo, n. 17. Imol. n. 10. fin. Lex 8. r. 1. p. 4. Enriq. Greg. Lop. v. Robada, Brun. de spons. concl. 8. n. 4. Ang. v. Sponsal. n. 29. ubi Sifo. q. 10. casu 7. Nav. sum. c. 22. lat. n. 27. vers. Nono. Hisp. nu. 25. Cov. 4. decret. 1. p. c. 5. in. n. 2. Ant. Cucus l. 5. instr. major. 1. 10. n. 62. Lancel. instr. juris cau. 12. tit. de spons. v. Fornicata, & ex Theologis Pal. nu. 17. D. Ant. Sot. Pet. de Led. Bart. a Led. Enriq. Manuel Lud. Lop. Vivat. n. 33. quos omnes retuli n. praec. Dacuntur autem fere omnes h. DD. quia vir eam ducens bigamus efficitur. Sed haec ratio non generaliter probat, si enim sponsa vi cognita non esset alius virgo, vel sponsus viduus esset, ratio nihil probat, quia ex alia parte ad vitium bigamiae contrahendus erat. Unde ut ratio generalis sit, omnique casus comprehendat (ut existimo comprehendere) ea esse debet, quae est notabilissima mutatio, & maxima infamiae nota vis afficitur, rari enim credent omnino invitam cognitam esse, & qualitercumque id eveniat, abhorrent homines cum ea contrahere: & hac ratione usus est Sifo. v. Spons. q. 10. casu 7. ubi reddens rationem hujus (inquit) peccata, quae dicitur casu ultimo, ubi dicitur dissolvi, quod accedit nova causa, quae a principio existens, impedit sponsalia contrahi.

8 II. Dubium est, an similiter sponsalia dissolvantur per viri omnino invitum, culpaque expertis fornicationem? Affirmat quidam, quia quoad fornicationem ambo sponsi aequales judicantur. Ita Glos. sic quippe in 27. q. 2. & videtur tenere Nav. sum. c. 22. Hisp. nu. 25. lat. n. 27. vers. 9. dicit enim indistincte dissolvi ob alterius fornicationem violentam. Ad omnino contrarium credo, quia vir culpa vacat, quare ex hac parte non est cur dissolvantur: nec femina incurrit aliquam notam, vel aliquod aliud damnum, quare ad paria judicantur, dum fornicatio culpabilis est, fecus quando inculpabilis, quia vir eum ea contrahens gra-

ve damnum patitur, feminam autem nullam profus: & favent haec sententiae DD. n. praec. allegati, cum omnes inni-tantur damno inde sponsio redundanti: quae ratio in sponsa cessat.

Ultimum dubium est, utrum si uterque post sponsalia fornicetur, compensetur delicta, itant neutri liceat a sponsalibus resilire? Affirmat Palud. 4. d. 27. p. 1. ar. 3. n. 17. vers. Quarto in compensando: eaque ratione ducitur, quia in causa matrimonii uterque aequalis est, & mutua fornicatio compensatur, nec quavis feminae fornicatio gravio sit, permittitur divortium viro fornicanti. Verius tamen est non esse compensationem fornicationis sponsae cum fornicatione sponsi: quare licet femina fornicans non possit resilire ob sponsi fornicationem, poterit tamen vir fornicans resilire, quia inique feret compensatio, ubi detrimentum est multo gravius, ut est detrimentum viri ob fornicationem sponsae: multo enim turpior est fornicatio in femina, ut ex multis probat Tirag. lib. 1. connub. n. 45. Quia ratione licet feminae meretrici non liceat filiam ob meretricium exhaerere, l. Arenam, C. de inoff. test. ff. ibi, nisi & ipsa similis conditionis sit, cum in pari viro turpitudine sit, patri tamen concubinario licitum est filiam meretricem exhaerere: quia turpitudine non est aequalis: ut cum aliis multis docet Covar. c. Rayn. de test. in. n. 15. Nec simile de matrimonio locum habet: quia multo facilius solvuntur sponsalia, quam matrimonia quoad totum: illa enim ob quamlibet mutationem notabilem supervenientem solvuntur, hoc autem minime, sic tenet Enriq. dicens esse communem sententiam, l. 11. de matr. c. 14. n. 6.

DISPUTATIO LVI.

Utrum sponsalia dissolvantur ob superveniens juris impedimentum?

SUMMARIUM.

Quando impedimentum superveniens est dirimens, solvuntur, num. 1. Quando impediens est tantum, x. opinio affirmans, nu. 2. Secunda verior, negans, C. An si culus culpa contrahat impedimentum, teneatur dispensationem impetrare, 4.

Quando impedimentum est dirimens, fatentur omnes dissolvi sponsalia: ut si contractus sponsalibus oriatur affinitas inter sponsos ex fornicatione cum consanguineis in 1. vel 2. gradu: quia jam non potest inter illos consistere matrimonium. Si autem sit impediens tantum: quidam, teste Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. n. 31. tenent dirimi, ex parte innocens locum, ne alter ex crimine suo reportet commodum; quare licet obtineat dispensationem, non habet jus ad priora sponsalia: quia jam innocens jus dissolvendi acquisierat, & hoc dicit esse probabile Palud. ibi, n. 32. & refert Magistrum 4. d. 35. Sed cum diligenter quaerimus, non inveni in ipso: idem videtur tenere Sorus 4. d. 27. q. 2. ar. 5. col. 8. & Lancel. instr. juris cau. lib. 2. tit. de spons. v. Diffamat, ubi uterque dicit dissolvi ob affinitatem, vel cognationem, vel aliquid quodcumque juris impedimentum, & clarus videtur id tenere Petr. de Led. de matr. q. 43. ar. 3. casu 3. ait enim dissolvi, si superveniat quodcumque impedimentum ex iis, quae impediunt.

Existimo tamen hos DD. intelligere de impedimentis dirimentibus: omnia enim exempla, quae subjungunt, ex iis sunt. Quare verius est non dirimi (si votum simplex excipias, de quo supra disp. 46. n. 5. ratione specialis id affirmavi) quia talia impedimenta matrimonio obstant, dum res est omnino integra, fecus quando sponsalia praecesserant: & sic inchoatum matrimonium. Praeterea, quia impedimenta impediunt exco-cepto voto, juxta multos non sunt in usu, nec dispensatione indigent, & ita tanquam verius tenet hoc Palud. ibi n. 32.

Rogabis autem, utrum is, cujus culpa contrahitur impedimentum dirimens, teneatur dispensationem impetrare, ut sponsalia perficiat? Petr. de Led. de matr. q. 43. ar. 3. casu 3. affirmat teneri, quia culpa sua effectus est impotens, nec par est, ut immunitatem a fide praestata, delictum illi concedat, contra cap. 2. de transit. prelat. Et confirm, quia eo ipso, quod sponsa jus habet ad matrin. comparat jus ne injulte impediatur: ergo sponsus, qui injulte impeditur, tenetur ex justitia impedimentum auferre modo sibi possibili. Et haec sentent. facit, casu quo vir feminam defloravit, vel ea notabilem famae iacturam pariat, n. ducatur in uxorem: vel si haec cessent, potest facile dispensatio impetrari: fecus quando nec haec concurrunt, & dispensatio magis expensis eget, & magna mora: ut quia Roma valde distat; promissio enim intelligitur rebus in eodem statu manentibus, c. Quomodo dicitur, de iurjurando.

DISPUTATIO LVII.

Utrum sponsalia dissolvantur ob seditionem notabilem, aut amissionem oculorum, aut oculorum, aut ob morbum contagiosum supervenientem alteri sponsio?

SUMMARIUM.

Dissolvuntur etiam jurata, si postea alter sponsus leprosus, paraly-

valyticus feret, oculos, aut nasum amitteret, nu. 1. Enriq. ibi, juramentum intelligitur rebus in eodem statu manentibus.

Idem de quolibet morbo contagioso supervenienti, vel praecedenti ignorato, n. 2. Enriq. de epilepsia, vel si male oleat, vel nona fame superveniat, ut si crimini turpis alter damnetur.

Quid si alter unum oculum amittat, 3. Quid si femina eras pulcherrima, & facta est notabiliter deformis, vel quocumque alia notabilis deformitas superveniat, 4.

In his casibus solvuntur tantum ex parte illius, qui illesus est, 5. Solvuntur argumenta, & explicatur c. Quomodo dicitur, de iurjurando, & exempla non ardent regulam, 6.

PRIMA conclus. Dissolvuntur sponsalia etiam juramento firmata, seditate notabili, ut oculorum, vel nasi amissione, vel turpiore alia supervenienti, ut paralyti, aut lepra: habetur expressè c. Quomodo dicitur, de iurjur. principium: & ibi redditur ratio, quia juramentum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus.

II. Concl. idem dicendum est de quolibet morbo contagioso supervenienti alteri sponsio: est enim notabilissima mutatio, ut si morbus Gallicus alteri superveniat, sic Nav. sum. c. 22. Hisp. nu. 25. lat. nu. 27. casu 8. Ant. Cucus l. 5. instr. maj. 1. 10. nu. 63. Enriq. l. 11. de matr. c. 14. nu. 7. Petr. a Led. de matr. q. 43. ar. 3. casu 5. Philhar. de offic. sacerdot. t. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Idem dicit de gravi infirmitate supervenienti incurabili, ut epilepsia. Sic D. Th. 4. d. 27. q. 2. ar. 3. Palud. ibi q. 1. ar. 3. casu 7. n. 25. Ant. Cucus d. n. 63. Idem dicit, si os male oleat, nec arte medica subveniri possit, sic Ant. Cucus d. n. 63. dicens multos jurisperitos consultos in eadem sent. defendisse. Idem a fortiori censendum est, si animi, vel existimationis notabilis deformitas secuta sit, ut si sponsus furti, vel alterius criminis turpis damnatus sit, quia major est morum & famae, quam corporum, habenda ratio, sic Ant. Cucus d. n. 63. Quando autem haec praecedunt, ignoratur tamen, dicam disp. 63. per totam.

Quid autem, si alter oculos tantum amittat? Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. casu 7. n. 25. negat dissolvi, quia d. c. Quomodo dicitur, dicitur dissolvi oculorum amissionem, aut rei turpiore eventu. Credo tamen dissolvi: nec textum vim facere in utriusque oculi amissione, sed in notabili deformitate, & magna mutatione: satis autem notabilis est, fieri coactum: quod colligitur ex ratione in textu subjuncta, quae est promissionem intelligitur rebus in eodem statu manentibus. Et confirm, quia infra disp. 62. n. 3. dicemus ob quantumvis notabilem mutationem, quae fit a principio adesse, obstat, ne sponsalia contraherentur, ea dissolvi: haec autem mutatio obdicendo dubio a principio impeditur. Tandem probatur ex aliis n. leg. Huic sent. favent. D. Ana. 3. p. tit. 1. c. 18. §. casu 3. Navar. Philharicus, Enriq. Petr. de Led. nu. praec. allegati, ubi dicunt dissolvi ob oculi, vel nasi amissionem.

Urgentior autem difficultas est, an si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, dissolvantur sponsalia, ea effecta notabiliter deformis. Aliqui negant dissolvi, quia textus d. cap. Quomodo dicitur, solum hoc conceit, dum deformitas contingit ob oculorum, aut nasi amissionem, sic Cov. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. casu 7. n. 25. Alex. Carriv. l. 1. de spons. c. 15. fin. Matanzo l. 5. p. c. 1. v. r. ubi gl. 1. n. 47. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1047. Verius tamen mihi videtur dissolvi, quia res non in eodem statu permanet, estque notabilissima mutatio, & talis quae a principio existens, sponsalia impeditur. Item quia ideo textus d. c. Quomodo dicitur, statuit ob eam notabilem deformitatem sponsalia dissolvi, ne sibi invicem sponsi duplicent, & matr. sic contractum infelicem exitum habeat: ut docet D. Th. 4. d. 27. q. 2. ar. 3. & ibi Sotus q. 2. ar. 5. casu 9. at eadem profus ratio procedit in hoc casu: imo Sotus ibi expressè dicit dissolvi ob deformitatem supervenientem. Et melius Innoc. d. c. Quomodo dicitur, n. 3. Enriq. ibi. super verb. Profecto, explicantes illum textum, illiusque rationem reddentes, haec dicunt: dissolvuntur sponsalia, quando notabilis deformitas supervenit, quia non manent res in eodem statu, cum non sit femina apta facere id, propter quod dicitur, scilicet tollere viro fornicandi occasionem: quia ad eam tam deformem accedere non valet, quod prorsus in nostro casu contingit, huic etiam sententiae favet gl. c. si verb. Cegi, de conj. leproso, ubi Abb. n. 2. Enriq. de Nevo n. 2. Ant. c. Quomodo dicitur, de iurjur. in princ. n. 19. Enriq. Imol. n. 5. Nav. sum. c. 21. Hisp. nu. 25. lat. n. 27. casu 8. ubi dicunt solvi ob quamlibet notabilem deformitatem supervenientem.

Ultima Concl. omnia praedicta intelligitur ex parte illius, qui illesus est: eo enim volente solvuntur sponsalia, scilicet nolente, quia in favorem illius hoc est. Quod intelligo, nisi morbus incurabilis superveniens, talis esset, ut medicorum iudicio, notabiliter matrimonio noceret, non enim tenetur morbo affectus, tam notabilis salutis detrimentum, fidei sponsalium stare: maxime cum res non sint in eodem statu, sed notabiliter mutatae.

Ad arg. propositum n. 4. desumptum ex d. c. Quomodo dicitur, responderet, illam deformitatem oculorum, aut nasi amissionem, aut lepra proponi ibi tantum exempli gratia: quod regulam non ardat, five dispositionem, l. 1. §. Quod vulgare, de vi, & vi arma. Enriq. l. Damni infestis stipulatio, ff. de danno infest. & docet ex multis Tirag. l. si unquam, verbo. Libertis, n. 37. C. de rebus. donat. & ita videmus cum textus d. c. Quomodo dicitur, explicaverit lepram, vel paralytium; DD. extendere ad morbum Gallicum, ut dixi nu. 2. cum tamen minus gravis sit.

Th. Sanchez de Matr. Tom. 1.

Utrum propter morum asperitatem notabilem, seu fevicitiam alterius, denuo cognitam, vel propter capitales inimicitias inter sponsos ortas, dissolvantur sponsalia?

SUMMARIUM.

Dissolvuntur ob morum asperitatem, vel fevicitiam, n. 1. Idem ob quantumvis casum sufficientem ad matrimonium jam contractum divortium celebrandum, 2. Idem ob graves, & capitales inimicitias inter sponsos ortas, 3. Explicatur c. Veniens, qui cleric. vel voten. n. 4.

Idetum non dissolvi propter morum asperitatem, vel infirmitatem, nam c. Veniens, qui cleric. vel voten. dicitur non dissolvi, eo quod sponsa plura audierit de sponsi fevicitate. Dicendum tamen est dissolvi, quoties denuo agnoscitur notabilis morum asperitas, & fevicitia alterius. Prob. quia haec est sufficientis causa divortii matrimonii, c. Litteras de rest. spoliat. sine: ergo a fortiori dissolvi sponsalia: hoc enim argumentum finit textus c. Quomodo dicitur, de iurjur. ad divortium fornicatione dirimi sponsalia: quia ea est iusta divortii causa. Sic docent Abb. c. Veniens, qui cleric. vel voten. n. 2. ubi Alex. de Nevo, n. 2. Prepos. c. De illis, de spons. n. 5. Ang. verb. Sponsalia, n. 41. ibi q. 10. casu 15. Tab. q. 9. n. 10. sine, Armata, n. 13. Sotus 4. d. 27. q. 2. ar. 5. casu 11. Veracru. 1. p. speculi, a. 21. casu 15. Phil. de offic. sacerdot. t. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Enriq. l. 11. de matr. c. 14. n. 6. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1051. Hinc infero, eadem ratione idem dicendum esse de qua- libet sufficienti causa ad sciendum matrimonium divortium. Sic Enriq. ibid.

Tandem idem dicendum est, ob graves, & capitales inimicitias inter sponsos ortas, ob rationem, c. 2. Enriq. c. Requirit, de spons. ne scilicet matrimonium infelicis exitus habeat. Item, quia est nova causa, & notabilis mutatio superveniens. Sic Hostien. sum. 1. de spons. Suli. Prepos. d. c. De illis, n. 5. Ang. verb. spons. n. 31. ubi Sifo. q. 10. casu 8. Tab. q. 9. n. 10. Arm. n. 13. Nav. sum. c. 22. Hisp. nu. 25. lat. n. 27. casu 11. Greg. Lop. l. 7. verb. Excusation. t. 1. p. 4. Et ex Theologis Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. casu 7. n. 25. sine, Sot. eadem d. q. 2. ar. 5. casu 11. Veracru. 1. p. spec. a. 21. casu 13. Enriq. l. 11. de matr. c. 14. n. 6. Petr. de Led. de matr. q. 43. ar. 3. casu 11. Bart. a Led. dub. 13. de matr. casu 9. Vega l. 3. sum. casu 325.

Ad arg. desumptum ex d. c. Veniens, responderet sponsam id non certo norisse, sed ex auditu, secus tamen esset, si tunc ideo norisset, ut bene explicat Alex. de Nevo ibi, n. 2. quare tunc illi vauus fuit: ut docet ibi gl. verb. De fevicitate, Enriq. ibi Abb. nu. 2.

DISPUTATIO LIX.

Utrum sponsalia ob paupertatem supervenientem dissolvantur: ut si sponsa, quae dives erat, ad paupertatem redacta sit?

SUMMARIUM.

Quando dotis promissio praecessit, 1. opinio negans dissolvi, n. 1. Enriq. secunda affirmans, 2. Quid, quando nulla praecessit dotis promissio, Enriq. an tunc censentur omnia bona in dote promissa, n. 1. opinio negans, n. 3. Secunda verior, affirmans, 4. Quid, si sponsalia sint juramenta firmata, 5. Quid, si sponsus notabiliter pauperior fiat, nu. 6. Enriq. quid, quando alter notabiliter ditior, 7.

IN duplici eventu potest disputari questio praefens: prior est ubi, dotis promissio praecessit. Posterior, ubi ea minime praecessit. In prior eventu Bald. c. Quomodo dicitur, de iurjur. Enriq. ibi Alex. de Nevo n. 16. dicunt minime dirimi sponsalia, eo quod sponsa, quae dives erat, facultatis sui lapsa, dotem promissam implere non possit: fecus autem, quando mulier dolo non caruit, quod a principio novit se non esse solvendo. Quia culpa omnino caret, & ita par non est, ut damnum dissolutionis sponsalium sentiat.

Dicendum tamen est dissolvi sponsalia, nec teneri alterum 2 eam ducere. Quia promissio dotis est veluti conditio, sub qua sponsalia celebrantur, quare deficienter conditio, etiam citra feminam culpam, non obligantur: quae docent omnes DD. allegandi n. 3. & 4. & ultra illos Sotus 4. d. 27. q. 2. ar. 5. casu 6. Bart. a Led. dub. 13. de matr. casu 10. Manuel l. 1. sum. n. 2. edit. c. 245. n. 5. Petrus de Led. de matr. q. 43. n. 3. casu 9. Vega l. 3. sum. casu 325. & ex jurisperitis, Greg. Lop. l. 7. verb. Excusation. t. 1. p. 4. Brunel. de spons. concl. 8. n. 6. Men. de arbitrariis, l. 2. cent. 5. casu 55. n. 6. Et idem dicendum est, licet sponsalia juramento firmata sint, quia juramentum eadem contractus conditiones recipit, l. fin. C. de non nu. pecun. sic Anton. Gabr. in mea edit. to. 2. commun. lib. 17. verb. Sponsal. f. 312. Enriq. Petrus de Led. n. 1. proxime citatus.

In posteriori autem casu urgentior est difficultas: & duplex est 3 sent. I. docet nulla dotis promissio praevia, non dissolvi sponsalia, ob paupertatem sponsae supervenientem. Ducitur autem, quia dote non promissa, non est verum, omnia bona in dote sponsae derti:



deri: ut cum aliis docet Cov. 4. decr. 1. p. c. 5. in. n. 5. Roland. de lucro dotis, q. 73. Mascar. de prob. concl. 577. n. 2. Barbosa, ff. solut. matr. rubr. 4. p. n. 32. Item quia sibi sponsus imputare debet, quod nullum de dote tradenda pactum inierit. Sic docent gl. c. Quemadmodum, verb. Oculor. de iurejur. Et ibi Hostien. super verb. Juramentum, Joan. Andr. nu. 15. Alex. de Nervo n. 16. Ant. n. 14. Imol. n. 10. Covar. 4. decr. 1. p. c. 5. in. n. 5. Alex. Carrer. lib. 1. de spons. cap. 15. ff. Ant. Gabr. in mea edit. tom. 2. commun. lib. 17. verb. Spons. f. 311. Menoch. conf. 386. num. 3. vol. 4. Matienzo l. 5. recop. tom. 1. rubr. gl. 1. n. 47. Petrus Greg. Syntagm. juris p. 2. lib. 8. c. 9. num. 9. & ex Theologis. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. n. 14. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. fol. 1047. Manuel 1. to. Jun. 3. edit. c. 245. n. 3. limitans, ut intelligatur, quando sponsus est ita dives, ut sustinendo sit matrimonii onera, uxoremque alendo. Et hac sententia est satis probabilis.

4 II. Sentent. cui tanquam veriori adhæreo, docet dissolvi. Prob. quia sponsa dives censetur omnia bona sua in dorem promittere, ut tradit Bart. l. Si constante, num. 78. ff. solut. matr. & dicit esse probabile Jo. Lup. rubr. de donatio. §. 53. nu. 1. fuis, & cum multis docet Ant. Gom. l. 50. Tauri nu. 17. & notatur l. Mulier bona, ff. de iure dot. ergo si facultatibus labatur, cum dote tacite promissam solvendo non sit, deficienti conditione, sponsalia non obligant. 2. quia quicquid sit de hoc fundamento, quod satis dubium esse fateor, & de quo late consulendus est Menoch. de presump. l. 3. tota presump. 6. negari non potest, quin sit notabilissima mutatio, & quæ a principio existens, sponsalia contrahi impediret: ergo superveniens, ea dissolvit, juxta regulam tradendam disp. 62. n. 3. Et confirmo, quia promissio intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, c. Quemadmodum, de iurejur. hanc tenet Abb. aliquantulum dubius, ex c. Quemadmodum, n. 10. Et Brunel. similiter dubius, de spons. concl. 8. n. 6. Ang. verb. Sponsal. nu. 33. ubi Sivo. q. 10. casu 9. Nav. Jun. c. 22. Hipp. nu. 26. Lar. nu. 27. Ant. Cucus l. 5. instr. major. tit. 10. n. 71. & ex Theologis, Enriquez l. 11. de matr. c. 14. n. 6.

Hinc inferatur, idem dicendum esse, si ea sponsalia juramento firmentur, quia juramentum similiter intelligitur rebus notabiliter non mutatis, d. c. Quemadmodum sic Ant. Cucus eod. nu. 71.

5 2. Inferitur, dicendum esse, si sponsus tempore sponsalium ditissimus esset: nam ei postmodum facto notabiliter pauperi, non tenetur sponsa nubere, quia est notabilissima mutatio, quæ a principio contractum impedit, sic Ant. Cucus eod. nu. 71.

6 Si tamen uno sponso in eodem statu permanenti alteri ingentissima divitiarum copia accresceret, non ob id sponsalia dissolverentur: quia alter non effectus est deterioris conditionis: ut si promissum vendere equum pretio, quod tunc justum erat, nihil nocebit valde maior auctior traditionis tempore, & ita sentiant viri doctissimi neoterici.

DISPUTATIO LX.

Utrum jurans se aliquam daturam, nulla dote promissione præmissa, teneatur ipsam ducere, si cum ipsa dives sit, nullam ei dorem assignare velit?

SUMMARIUM.

Prima opinio, teneri, Et nulla dote promissione prævia, non videtur tacite adum de dote, num. 1. Secunda verior, non teneri, Et tacite tunc videtur adum de dote, nu. 2. Et ibi, quid, si matrimonio promisso absque dote sponsione, desponsata virgo est?

1 Quidam affirmant teneri, quando vir dives esset, oneraque matrimonii sustinere posset: quia femina dives non tenetur dorem minime promissam destinare: ut ultra DD. allegandos, probat cum aliis Barb. ff. sol. matr. 4. p. rubr. n. 32. Et ea est ratio, nam cum matr. sine dote constare possit, conditio destinande dote extrinseca est, conditiones autem extrinsece non intelliguntur, nisi exprimentur, l. Si in stipulatus, §. Chryso-gonus, ff. de verb. oblig. Item, quia sibi sponsus imputare debet, nil de dote constituenda pactum esse. Sic docent Cov. 4. decr. 1. p. c. 5. in. n. 5. Ant. Cuc. l. 5. instr. major. to. 10. n. 71. Mat. lib. 5. recop. tit. 1. rub. gl. 1. n. 47. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1048. c. 36. f. 1036. col. 2. Manuel 1. to. Jun. 2. edit. c. 245. n. 8.

2 Quamvis tamen hoc probabile sit, probabilis credo non teneri: quia licet matr. constare possit sine dote, non tamen decens, & honestum est, ut dote privetur. Quare conditio dote non est omnino extrinseca matrimonio, & tacite de ea adum videtur, vel totius patrimonii mulieris, ut voluerunt multi DD. quæ retali disp. præc. n. 4. vel faltem partis patrimonii, juxta viri dignitatem, ut notatur l. Mulier bona, c. l. Quæro, ff. de iure dot. Et ita hanc sent. sustinent Bald. c. Juravit de prob. n. 3. c. 4. §. Lup. c. Per vestras, de donat. intr. vir. c. uxor. not. 3. §. 2. n. 4. §. 1. §. 10. Lan. c. Sivo. nuptialis, ut refert, & sequitur Gut. de jur. 1. p. c. 37. n. 3. fuis, Menoch. de arbit. l. 2. concl. 7. casu 455. n. 6. Et ex Theologis, Palud. 4. d. 28. q. 1. art. 2. concl. 7. casu 455. n. 6. Et etiam in fortioribus terminis loquitur, nempe licet virginem, promissione matrimonii habita, aliquis desponsat: intelligitur enim promissio dote constituta, juxta propriam possibilitatem.

DISPUTATIO LXI.

Utrum dissolvantur sponsalia, si ex matrimonio scandala probabiler, & mali exitus timeantur, vel propter paternam contradictionem, vel Pontificis, aut Episcopi dispensationem?

SUMMARIUM.

An dissolvantur timore scandali, aut mali exitus, num. 1. remissive. Pontifex potest dispensare in sponsalibus etiam juratis, 2. Episcopus potest in sua diocesi, quicquid Pontifex in toto orbe, non tamen in sponsalibus, 3.

1 Circa timorem scandali, vel mali exitus, dixi supr. disp. 14. n. 3. quando autem pater repugnat, dixi disp. 14. n. 4. De dispensatione autem utrum possit Pontifex, non est dubium posse Pontificem dispensare ex justa causa, siquidem in matrimonio rato, probabilissima sententia id concedit.

De Episcopo autem videtur id posse: quia, quicquid potest Pontifex in universo orbe, si ea excipias, quæ ad universæ Ecclesiæ statum pertinent, ut res fidei definire, potest Episcopus in sua diocesi, nisi ei specialiter per Pontificem aliquid reservetur: ut docent Avlenf. c. 10. Matr. qu. 87. lit. E. Victoria reles. de matr. p. 1. n. 7. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. de quo tandem. & melius 1. 20. de iust. q. 1. a. 3. ad 2. c. 9. d. 32. q. 1. a. 3. fuis, Gamba de offic. leg. l. 10. n. 466. c. 476. Thestur. Christiane relig. c. 17. Nic. de Cula. lib. 2. de concor. Cathol. cap. 3. Veracruz 2. p. spec. ar. 28. post 3. concl. vers. Ex ista concl. Perez lib. 8. ordinam. tit. 13. l. 5. paulo post prin. c. 18. l. 2. vers. El status contra ellos, Enrig. lib. 6. de pen. c. 14. n. 7. in commun. lit. K. c. l. 10. de sacram. ordinis, c. 35. nu. 12. vers. Si quis autem querit an omnis, ante 2. concl. ad idem est Magal. lib. 5. de irregul. c. 51. n. 4. & refert Hugonem, qui sibi specialiter non reservantur in omnibus casibus, quia est pastor ordinarius in sua diocesi, sicut Pontifex in toto orbe, licet sit ipsi obiectus, ergo in iis, in quibus Pontifex non limitat ejus jurisdictionem, habet potestatem ordinariam: sicut quilibet confessarius potest æque ac Pontifex ab omnibus peccatis absolvere, nisi per Pontificem, aut Episcopum casus aliquis reservetur: si ergo Pontifex potest in sponsalibus dispensare, cum nullibi reservet hanc facultatem, poterit similiter Episcopus. Sed dicendum est non posse: ut bene docet Pal. 4. d. 17. q. 1. a. 2. n. 14. quia jus est acquiritum tertio, quod nullus prater supremum principem altere potest. Item, quia hac ratione Doctores negant posse Episcopum relaxare juramentum tertio præstitum, nisi turpido ex parte illius tertii reperitur. Præterea, quia jure Pontificio hoc reservatur, ut constat ex c. Ex litteris, et 2. c. de spons. ubi præcipit Pontifex Episcopis, ut compellant ad sponsalium fidem servandam, in qua lege cum sit superior is, nequit Episcopus dispensare.

DISPUTATIO LXII.

Utrum aliæ regulæ generales tradantur ad sponsalium dissolutionem?

SUMMARIUM.

Cum vincula sint inæqualia, an fortius vincat, Et dissolvat sponsalia, num. 1. Quid quando sunt duo equalia, utrum illorum prævaleat, si sint compositiva, 2. Quid, si nova causa superveniat, que a principio existens, impediret sponsalia, 3. Quid, si sponsalia essent juramento firmata, n. 4. Et quid, si ante causæ superventum, alter in mora fuerat, 5. An credendum sit in utroque foro dicenti, si illa causa a principio existisset, se non contraxerunt, n. 6. Et ibi, ea que in animo constitunt, probantur partis juramento.

1 Triplex regula assignari solet. I. est, cum vincula sunt inæqualia, fortius est potestius viri, vincit. Hanc tradunt Card. c. Sicut, de spons. n. 1. Henr. c. Rurhus, qui clerici, vel vorantes, initio Major. 4. d. 27. q. 3. fuis D. Ant. 3. p. 1. c. 18. §. 2. Sivo. verb. Spons. q. 7. ubi Tab. q. ult. Arm. n. 13. & probatur ex c. Si inter, de spons. Sed hac regula sæpe debet: nam sponsalia jurata fortius vinculum sunt non juratis, & tamen si hæc præcedant, minime per illa dissolvuntur, ut probavi disp. 50. n. 2. Præterea, matrimonium consummatum, fortius vinculum est matrimonio rato, & tamen non dirimit illud: nec d. c. Si inter, eam regulam probat, sed ex quadam spe- ciali ibi definita, colligitur Doctores eam regulam genera- lem. Et ita eam reprobant Bart. a Led. dub. 13. de matr. casu 2.

II. Regula est, quoties sunt duo vincula paria incompositibi- lia, prius prævaleat, & dirimit posterius. Sic idem DD. relati n. 1. & hæc est universaliter vera, si vincula sint eadem rationis, ut posteriora sponsalia dirimantur per priora: at in vinculis diverse rationis fallit aliquando: quia majus vinculum videtur matri-

monii tati, cum sit vinculum contractus, & sacramenti, quam professionis, quæ solius contractus vinculum continet: & tamen hæc subsequens dirimit illud præcedens.

III. Regula est, quando post contracta sponsalia, inconveniens aliquid notabile, aut nova causa, quæ a principio existens impediret ea contrahi, supervenit, præbet justam dissolvendi causam. Ratio est, quia promissio non obligat ultra promittentis intentionem, sed intentio virtualis est promittentium, non se obligare in hoc casu indissolubiler: ergo id est justa dissolvendi causa. Et confirmo, quia rebus notabiliter mutatis promissio non obligat, c. Quemadmodum, de iurejur. in hoc autem eventu notabilis mutatio supervenit. Quod si obiciatur, hanc non esse liberalem promissionem, sed contractum: ad rescindendum autem ceteros contractus hæc causa non sufficit: imo hæc regula communiter reprobatur in voto, cum sit liberalis promissio. Fateor hæc: verum diversa ratio est in sponsalibus, majorem enim libertatem peunt, cum ad mutuum amorem ordinantur, & ad contrahendum vinculum matr. consummatum, omnino indissolubile, quod in voto, & ceteris contractibus minime contingit. Quare hanc regulam docent Hoff. Jun. tit. de iurejur. n. 3. Ant. d. c. Quemadmodum, n. 13. Ang. verb. Spons. nu. 21. ubi Sivo. y. 10. casu 17. Et verb. Patium, §. 4. c. Juramentum, §. q. 1. d. 3. Armilla, verb. Juramentum, n. 35. Major. 4. d. 27. q. 3. Petr. de Soto l. 18. de matr. §. Nunc de ratione, Navar. summ. c. 22. Hipp. n. 25. lat. 27. c. l. 4. conf. in 1. edit. conf. 34. in 2. conf. 9. Greg. Lop. l. 7. i. 1. p. 4. verb. Execration. Veracruz 1. speculi, a. 21. casu 16. Enriquez l. 11. de matr. c. 14. fin. Bart. a Led. dub. 13. de matr. post 13. casum, Phil. de offic. sacerdot. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Petr. de Led. de matr. q. 43. a. 3. causa 12. Manuel. to. sum. edit. c. 245. n. 11. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. f. 1051. D. Ant. 2. p. 1. c. 6. §. 5. Ant. Cac. lib. 5. instr. maj. t. 10. fuis.

Hinc infero, idem dicendum esse, quamvis sponsalia juramento stabilita sint, quia juramentum includit omnes conditiones contractus, qui adijcitur l. fin. c. de non nu. pecun. & intelligitur rebus in eodem statu manentibus, d. c. Quemadmodum, & ita in omni juramento docent Hoff. Ant. D. Anton. citati nu. præced. Et Sivo. Juramentum, §. q. 1. d. 3. Armilla verb. Juramentum, n. 35. Vega lib. 2. jun. casu 392.

Idem dicendum est, quamvis hæc nova causa superveniat, vel alia sufficientes ad dissolvenda sponsalia contingant, postquam sponsus in mora fuit ea implendi: verbi gratia, & tenebatur intra annum implere, & culpa sua biennio non implevit, si eo tranfacto sponsa fuerit, aut alia notabilis mutatio ei superveniat, non tenetur eam ducere, tenebatur tamen damna refarcire, quod ex ea mora sponsæ redandavit. Et ratio est, quia ut optime docet P. Moha. to. 2. de iust. tr. 2. disp. 272. fol. 121. §. Sive vero nonnulla, si promissio in mora constituto, superveniat causa, quæ ante moram contingens, ab obligatione ipsam eximeret, non omnino deobligat: licet enim non teneatur promissa implere, teneatur tamen ad interesse, & damna ex ea mora subsecuta, quia a tempore moræ injustitiam admittit.

Demum observandum est, afferenti se minime promissurum, si a principio talis causa adesset, adhibendum esse fidem in utroque foro, si iudicio prudentis viri consideratis negotii circumstantiis, verisimile sit nequam promissurum, si illam præcogitasset. Sic Nav. sum. c. 18. lat. n. 7. Hipp. num. 5. & potest esse ratio, nam ea, quæ in animo constitunt, cum hominibus innotescere nequeant, testibus probari non possunt, ut scientia, & ignorantia, & proinde partis juramento probantur, ut optime Cov. 2. var. c. 10. num. 1. & multi alii, quos referunt, & sequuntur Mascard. de probat. concl. 45. n. 48. c. concl. 94. n. 5. Gratian. reg. 270. nu. 1.

DISPUTATIO LXIII.

Utrum causæ sufficientes ad dissolvenda sponsalia, dum post ipsa accident, satis sint ad id, si sponsalia præcedant, dum fuerunt probabiliter ignoratæ?

SUMMARIUM.

Prima opinio, non sat esse: Et specialiter in fornicatione, n. 1. Sufficienti causæ præcedentes ignoratæ, n. 2. Et ibi juncto n. 9. in jure paria sunt non esse, non apparet, & res citat. Quædam tamen verior, n. 3. Et ibi juncto n. 9. Ob fornicationem sponsæ præcedentem, que virgo putabatur, dissolvuntur, n. 3. Et idem si putabatur virgo, & erat vidua. Quid si erat vidua, vel alia corrupta: panitur X. opinio negans, n. 4. Et secunda verior, 5. Quid, si tempore contractus sponsalium, eo affectu inita sunt, ut si contrahens sciret, aduc. ea iniret, n. 6. remissive. Quid, si sponsalia juramento stabilita sint, n. 7. An ob fornicationem sponsæ præcedentem ignoratam postea sponsalia dissolvere sponsalia, ponitur opinio affirmans, nu. 8. Et secunda verior negans, 9. Quid, si denuo sponsa sciat sponsum esse valde vitiosum acedum 10.

1 Hæc sunt disputavimus de causis justis sponsalia dissolvendi, in specialiter: superest aliquas quaestiones agitare, quæ omnes illas causas concernunt. In quaestione ergo præ-

senti Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. n. 33. c. suppl. Gabriell. ead. d. 4. q. 2. a. 3. dub. 5. problematicæ hoc defendunt: & Pal. in eam partem magis propendit, ut ea causæ præcedentes ignoratæ, non sufficiant: per c. Quemadmodum, de iurejur. ubi definitur, sponsalia minime dissolvi ob fornicationem, vel morbum præcedentem, & idem Palud. n. 16. vers. 3. in oppositum, c. n. 24. supplementum ead. a. 3. dub. 4. dicunt, quamvis probable sit, ob alias causas præcedentes ignoratas posse dirimi sponsalia: at ob fornicationem præcedentem dirimi posse, & improbabile esse: quia idem fornicatio subsequens dissolvit, quod verosimile non sit sponsam matrimonii fidem servatam, quæ sponsalium fregit. Quæ ratio deficit in fornicatione antecedenti, multi enim ante sponsalia incontinentes inveniuntur, qui iis initis continent, & ad hoc matrimonium junguntur, ut contineant, idem de fornicatione præcedenti docet Navar. lib. 4. consilior. in 2. edit. t. de divor. c. conf. 2. nu. 1.

Sit tamen I. Conclusio, causæ sufficientes alia fornicatione, 2 ad dissolvenda sponsalia, si post ipsa accident, ut lepra, morbus gallicus, & ceteræ, sufficienti, licet contingerint ante sponsalia, si tamen erant ab altero probabiler ignoratæ. Prob. quia si quis vendat occultando vitium, est causa sufficientis ad dissolvendam venditionem, ergo a fortiori vitium occultum, est causa sufficientis ad dissolvenda sponsalia contracta, per illius vitii ignorantiam: cum nullus sit contractus tantam libertatem exigens, ac sponsalium. I. Quia in jure paria sunt, aliquid supervenire, & præcedere ignoratæ, res enim dicitur fieri, quod ante primum innotescit, c. Pænorali de exceptionibus: juxta illud Marc. ult. data est mihi omnia potestas, id est, ex nunc est nota. 3. quia paria sunt in jure non esse, & non apparet, l. Duo sunt Titii, ff. de ream. tur. l. 1. in leges. de contrah. empt. ergo a contrario sensu paria sunt esse, & apparet: cum ergo post sponsalia vitium appareat, tunc dicitur denuo esse. 4. Quia l. ult. c. de spons. habetur resistentem a sponsalibus esse causa præcedenti ignoratæ, non admittere arrhas, quod fecisset, si resiliendo culpam amitteret: ut dixi supra disp. 36. n. 2. Tandem, quia rebus notabiliter mutatis non obligat promissio, c. Quemadmodum, de iurejur. sed respectu hujus res sunt notabiliter mutatae, cum denuo inveniantur vitium notabile profus ignoratum. Unde dum d. c. Quemadmodum, asseritur propter causas præcedentes non dissolvi sponsalia: intelligitur, si ea ignoratæ non sint. Pro hac sent. videtur aperte gl. de c. Quemadmodum, verb. Præcedentem, ubi reddens rationem, cur ob præcedentem feminæ fornicationem liceat sponsam resiliere: ait, quia contrahendo cum ea, videtur, mores ejus approbare: & clarus Ant. ibi n. 3. addit enim, scienter approbando: cum enim nihil voluit, quin præcognitum sit, ignorans non censetur approbare: & tenet expresse Viger. l. inj. c. 16. §. 7. vers. 7. Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 5. casu 9. Enriquez lib. 11. de matr. c. 14. n. 6. Bart. a Led. de matr. dub. 13. casu 6. Petr. de Led. de matr. q. 43. a. 3. causa 5. c. 11. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 38. fol. 1047. Idem tenentur dicere Doctores allegandi num. seq. qui in fornicatione præcedenti ignorata id asserunt, ratio enim, quæ ducuntur, in omnibus aliis causis locum habet.

II. Conclusio, ob fornicationem præcedentem sponsæ potest sponsus, qui eam ignorat, virginem esse exitimans, dissolvere sponsalia. Probatur rationibus præcedentis conclusionis. Item, quia causa hæc denuo cognita, notabilem mutationem facit, cum ignominiosum viro sit, feminam corruptam ducere: & prudenter magni fit ductam virginem esse. Præterea, quia vir notabile damnum incurrit, cum bigamus fiat: & proinde ad ordines, si illos eligat, promoveri non possit: & ita tenent Hugo. Raptor, q. 2. & pro eadem sent. gloss. c. Ant. ut retuli n. præced. & docent expresse Rosella verb. Sponsalia, n. 9. ubi Angl. n. 29. Sivo. q. 10. casu 6. Tabiena q. 9. n. 10. casu 6. Armilla, n. 12. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 18. §. 1. casu 6. Nav. Jun. c. 22. Hipp. n. 25. Jac. n. 17. casu 9. Sotus casu 7. Barr. a Led. cas. 7. Per. de Led. casu 9. Lud. Lop. eo. c. 38. f. 1049. Enrig. quos omnes retuli n. præced. Corduba sum. q. 49. P. Mol. t. 2. de iust. tr. disp. 272. fol. 120. §. Deinde si mulier. Phil. de off. sacerdot. l. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Man. l. 1. t. sum. 2. edit. c. 245. n. 6. Ver. cand. p. de spons. c. 5. n. 15. Imo idem dicendum est, si sponsus putaret esse virginem, cum tamen sit vidua: tum ob irregularitatem, quam incurreret, & si forte ipse alias bigamus esset, novam bigamiam incurreret, & ita difficilior redderetur dispensatio: tum etiam, quia non infima nota est viduam ducere, & magis æstimant homines, virginem, an vidua sit ducenda in uxorem.

Gravius autem dubium est, dum sponsus norat sponsam viduam esse, utrum ob fornicationem præcedentem ibi incognitam, jus habeat sponsalia dissolvendi. Nam Hugo D. Ant. Sivo. Enriquez n. præc. allegati, id negant: & videtur a contrario sensu tenere Rosella, Angel. Tab. Armilla Corduba, Sotus, Barb. a Led. Petr. a Led. de Matr. ibi allegati, c. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 26. fol. 1026. dicunt enim dissolvi ob fornicationem præcedentem, quando sponsus putabat virginem esse: quare contrarium videtur sentire dum sciebat esse viduam.

Verius tamen est, adhuc posse sponsum recedere a sponsalibus, quia est notabilis mutatio, & causa novæ cognita, quæ virum prudentem merito retraheret in principio a sponsalibus contrahendis: magna enim infamia, ac dedecoris nota afficitur ducens inhonestam, cum tamen ipse putaret viduam honestam esse. Hinc sententia favent Nav. c. Philare. n. 3. relati, absolute enim, & indistincte dicunt dissolvi sponsalia ob fornicationem sponsæ præcedentem ignotam. Etere expresse hoc tenet P. Mo-



liber 2. de iust. tr. 2. disp. 272. §. Deinde si mulieri, ubi dicitur...

Utrum autem ob has causas precedentes possit sponsus...

III. Conclusio, utraque precedens conclusio vera est, quamvis...

Tandem an idem sit de sponsa respectu fornicationis sponsi...

Sed tanquam certum tenendum est oppositum. Quia nulla nota...

Id demum fatendum est, si sponsa existimabatur non valde...

DISPUTATIO LXIV.

Utrum dum causa iusta dissolvendi sponsalia, probabiliter...

SUMMARIUM.

Utilitas huius veritatis, an sit irrita, vel irritanda, n. 1. Quando dolo...

Huius rei cognitio necessaria valde est, propter publicam honestatis...

Supponendum est, dupliciter posse dolum in contractu reperiri...

et fore non tanti. Sic Rosel. verb. Dolus n. 7. ubi Angelus...

Sit I. Conclusio, quando dolo admittitur per alterum sponsum...

Major autem difficultas est, quando dolo causam dedit contractui...

II. Conclusio, verius est sponsalia tunc esse valida, deceptum tamen...

Ultima Conclusio, sponsalia dolo circa causam contrahendi...

concl. citati. Utrum vero sic deceptus possit ea irritare, disp. sequenti erit sermo.

Ad arg. proposita n. 4. resp. Ad 1. revera deceptum esse obligatum...

DISPUTATIO LXV.

Utrum cum dolo non dedit causam contractui sponsalium, quia...

SUMMARIUM.

Rationes dubitandi, n. 1. Et ibi, conditio mente recepta nihil operatur...

Quod ex sponsalia dissolvi possint, urget 1. quia iuxta priorum sententiam...

2. Dicendum tamen est non esse licitum dissolvere. Probatur, quia decepto...

3. Ad 1. arg. contrarium, longe dispar est ratio, quia in eo matrimonio...

etiam 2. dici, non esse notabilem mutationem respectu huius: ut probavi n. 2.

Tandem ubi contrahens est dubius de voluntate habituali, iudicanda est...

DISPUTATIO LXVI.

Utrum sponsus confusus causae sufficientis precedentis ignoratæ...

SUMMARIUM.

Ratio dubitandi proposita, n. 1. Si sponsalia fuerint valida, remittit per copulam sponsus...

Videtur per copulam illud jus minime remitti, quia quamvis per copulam antiquitus...

2. Dicendum tamen est non esse licitum dissolvere. Probatur, quia decepto...

3. Ad 1. arg. contrarium, longe dispar est ratio, quia in eo matrimonio...

II. Conclusio, si priora sponsalia iure erant nulla, iuxta dicta disp. 64...